



17
10
1725, 1.

PROGRAMMA,
^{Quo}
IOACHIM. HENRICVS
SIBRAND,

Phil. & V. I. D. Institut. Prof. Publ. Ordinar. Facult. Iurid.
Senior, & h. t. Decanus,

Suo, & *Amplissimæ Facultatis nomine,*

^{Ad}
Disputationem Inauguralem

PRÆNOBILIS atque CLARISSIMI

Dn. GEORG. WILHELM.
DETHARDING,

Rostochiens.

V. I. Candidati, & Iudic. Meclenb. Aduocati Ordinarii,

Pro obtinendis in utroque Jure

Honoribus ac Priuilegiis Doctoralibus,
IN AUDITORIO MAIORI,

d. 11 Octobr. Anno clō 15 cc xxv. habendam,

MAGNIFICVM DOMINVM RECTO-

REM, Vtriusque Vniuersitatis Senaturn, Omnium Facultatum Dnm.

Professores, Doctores, Licentiatos, Verbi Diuini Ministros, Philoso-

phiae Magistros, lectissimam Studiosorum coronam, Literatos

omnes & singulos, Literatorumque fautores,

ea qua fas est animi obseruantia, atque humanitate,

officiosissime imitat.

R O S T O C H I I,

Typis Jo. JAC. ADLERI, Sereniss. Principis & Acad. Typogr.

17

PROGRAMMA.

IOACHIM HENRICVS

SIBRAND.

Phil. & V. Professor Prof. Publico, Ordin. K. Reichs-Rath

Senat. & K. Univers. Studii & Implicite. Praeside. Magistro

Disputationem inauguralem

IN THEOLOGIA SACRA

IO. GEORG. WILHELM.

DETHARDING.

V. I. Candidat. & iudic. Med. et Advocat. Ordinarij

Pro obitu in eccles. Yas

Honoribus ac Prædigijs Doctoribus

IN AVCTORIO MAIORI

IOACHIMVM DOMINVM RECTO.

Phil. & V. Professor Prof. Publico, Ordin. K. Reichs-Rath

Senat. & K. Univers. Studii & Implicite. Praeside. Magistro

Disputationem inauguralem

IN THEOLOGIA SACRA

DE THOMAS

Phil. & V. Professor Prof. Publico, Ordin. K. Reichs-Rath

17





Riminales causas

quae concernunt sanguinem ac vitam hominis, admodum graues esse, atque arduas, vel ex eo satis patet, quod in rebus humanis, vita ac sanguine humano, nihil pretiosius: quae semel amissa, nunquam restitui potest, cum tamen & fama, & bonorum amissorum, derur restitutio. Sunt autem praeterea causae criminales aliquando maxime dubiae, & ita comparatae, vt absque iudicio Medicorum haud tuto ad sententiam progredi possit Iudex. Veritatem vtriusque membri thesicos posterioris, variis quidem probare possent

possem exemplis : sufficere tamen , pro institutis
 praesentis ratione, quodlibet binis illustrasse casibus.
 Spectat huc ille , quem exhibet celeberrimus Iustus Saxonicus,
 Benedictus Carpzovius, in *Pr. Crim. P. 3. qu. 126. n. 74. seqq.* Inculpatus quis de
 uxoricidio, ac tertia vice tortus, crimen confessus
 fuerat, sed biduo vel triduo exacto, ad ratificandam
 confessionem ductus, respondere, ac loqui noluit, satis
 astute, ut ratificatione confessionis deficiente, poenam
 mortis effugeret. Quaesitum a Scabinis Lipsiensibus,
 quid faciendum? Responderunt Domini, eum adhuc
 semel interrogandum esse, sub hac comminatione,
 ut in posterum ipsius taciturnitas, pro expressa
 confessione, & spontanea ratificatione acceptaretur.
 Reus tamen nihilominus in contumacia perseveravit,
 nec vlla comminatione ad respondendum adigi potuit.
 Acta iterum fuerunt transmissa, maius subortum
 dubium, quidnam pronunciandum, & quomodo
 aduersus reum contumacem procedendum, ne
 crimen atrox impunitum maneret. Habita
 deliberatione, unanimiter a Dominis conclusum,
 reo poenam culei ordinariam dictandam, cum
 satis de ipso crimine, & veritate delicti constet,
 non solum ex reiterata confessione, sed etiam
 ex aliis adminiculis. Dissensit solus Carpz.
 exinde (1) quod ratificatio sit de forma
 substantiali confessionis, per quaestionem extortae,
L. 2. C. de custod. Reor. C. C. C. art. 56. §. der. Gefangene;
 (2) ta-

(2) tacentem pro confitente haberi saltem ex iuris fictione, & praesumptione, quae ad poenam mortis inferendam haud sufficiens. Tandem Domini correcta priori opinione, in Carpz. sententiam transierunt existimantes, in dubio extraordinariam potius fustigationis poenam infligendam, quam mortis supplicium. Alter casus, admodum dubius, concernit pariter vxoricidium, ad extremam famis necessitatem subleuandam, commissum, qui continetur cum omnibus circumstantiis in Responso Dn. Scabinorum Lipsiensium ad requisitionem Martini **Ritters, zu Heldrungen** anno 1639. quod legitur apud laudatum iam *Carpz. L. 6. Resp. 94. n. 19.* Vbi, cum sententia delicto conformis ferenda, in diuersas partes iuerunt Dn. Scabini Lipsienses. Carpz. perpendens facti circumstantias, sibi persuadere non potuit, vt seueriorem aliquam, vltra relegationis, vel etiam fustigationis poenam, quo, ad euitandum scandalum, Inquisitus oculis incolarum eriperetur, aduersus maritum decernendam existimaret, motus his rationibus satis praegnantibus: (1) quod postquam de extrema famis necessitate, satis superque appareret, veniam hoc delictum mereri videretur: (2) quod vitam, ob famis necessitatem multum periclitantem, quacunque ratione redimere liceat: (3) quod famis necessitas, ita homines affigat, vt facile in delirium & melancholiam incidant, eorum

rumque facinora, furore potius, quam animo de-
 liberato peracta censenda, vt vel hinc etiam mor-
 tis supplicium, aut poena corporalis afflictiva cessare
 debeat: accedente (4) in casu praesenti, quod
 non modo ipsemet Reus, sponte propria delictum
 manifestauerit, seque poenae submiserit, sed etiam
 in ipso actu, poenitentia ductus, desistere volens,
 nimis fero, & vulnere iam illato manum detra-
 xerit. Hisce tamen argumentis reliqui Dn. Col-
 legae, semet commoueri passi non fuerunt, sed plu-
 ralitate votorum in eam iturum est sententiam, quod
 Inquisito poena gladii dictanda, potissimum exin-
 de, quod extrema necessitas non tollat malitiam
 actus homicidii, cum vtcunque vrgeat fames, in-
 nocens tamen alter, qui occiditur. Et quamuis
 ad haec regesserit Dn. Carpz. vt in casu praesenti
 subsit aliqua culpa, vel malitia, attamen tantam
 eam non esse, vt tuto ad poenam mortis deueni-
 re liceat: sententia tamen tali modo lata, p. p.
 Das Inquisit mit der ordentlichen Straffe zu
 verschonen, er wird aber gleichwol solcher sei-
 ner Verbrechung halber, mit dem Schwerd
 vom Leben zum Tode billig gerichtet, und
 gestraffet. B. N. W. Ad casus, in quibus
 absque iudicio Medicorum, haud tuto ad senten-
 tiam progredi potest Iudex, referrem illum, qui
 anno 1607. d. 14. Sept. Facult. Iurid. oblatu, quam-

nis

uis Facult. Medica de eodem haud fuerit consulta. Vbi Inquisitus rem cum anserē habuit, & sententia per pluralitatem votorum huius tenoris concepta: **wird der Gefangene bey seinem gethanen Bekänntniß, daß er mit einem unvernünftigen Thier sich fleischlich vermischet, vor geghegten peinlichen Gericht beständig verharren, so kan er mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet werden.** Equidem iniurius videri possem in Facult. Iuridicam, in eo, quod verba illa, quae de bruto saltem in genere loquuntur, in specie ad anserem applicauerim: vota tamen adiecta Dn. Ictorum euinent, casum iam dictum, concernere coitum cum anserē commissum. Quamuis enim iam dictae sententiae subscripserit T. L. cum addito, propter Caroli V. Constitutionem, art. 116. Ordine sequens tamen Collega, B. C. in voto suo notat, septimum articulum, ad quem scil. Inquisitus interrogatus, non videri verosimilem, quod & in votis suis agnouerunt H. à N. & J. S. Contenta autem artic. 7. patent ex voto A. H. quod est sequens. Quin incarceratus, poena mortis dignissimus sit, praesuppositis confessatis delictis, (quae dubio procul alia fuerunt, praeter hoc Sodomiae crimen,) nullum est dubium: Vereor autem, ne incarceratus, vi tormentorum, talia contra naturam se admisisse fuerit confessus: Cum non:

non videam, qua ratione NB. cum anseri congregi
 potuerit, vt articulus septimus habet. H.I. Et
 mirum sane, quamuis A. H. voto suo monitum ad-
 iecerit: Domini cogitabunt, agitur de sanguine
 humano: Dominos haud prius consuluisse Facul-
 tatem Medicam, an coitus talis cum anseri, con-
 summari possit. Cautius proinde processisse vide-
 tur Iudex, in casu vetulae cuidam imputati coitus
 cum cane, Facultatis Medicae iudicium expeten-
 do: quamuis haec, quaestionem hanc ad forum
 Medicum haud proprie spectare, existimauerit.
 Quod quidem concesserim, quoad quaestionem il-
 lam, an crimen sodomiae satis ex actis probatum,
 vt ad torturam, vel ad poenam ignis procedi pos-
 sit: non vero quoad quaestionem, an sodomiae
 crimen cum cane consummari potuerit. Respon-
 sum interim a Facultate Medica tali modo. **Auff**
eingeschickte Aussage Inquisitin E. St. und
einiger Gezeugen, in puncto angegebener be-
gangener Sodomiteren, mit einem Hunde,
und verlangten Nachricht: Ob aus denen
Actis erhelle, und beschriebenen Umständen
nach, glaublich sey, daß der Hund auf sol-
che Weise, mit Inquisitin Sodomiteren tre-
ben können? berichten wir hiemit: Daß ob
schon dergleichen Fragen ad Forum Medicum
eigentlich

eigentlich nicht gehören, sondern vielmehr
 ex actis & probatis erwiesen werden müssen,
 wir dennoch aus der Inquisitae sowol, als de-
 rer Zeugen Aussagen, nicht gewiß schliessen,
 und ersehen können, wie es einem, mehr als
 60. Jährigem besoffenem Weibe, mit einem
 ihr, allem Ansehen nach, unbekandten frem-
 den, jungen, und kleinen Hund, dergleichen
 schändliche That zu begehen, sollte möglich ge-
 wesen seyn? Zumahlen auch der situs penis
 bey einem solchem Hunde, in angegebener
 Positur des Weibes, zu dergleichen nefandis,
 nicht tüchtig zu seyn scheint. Welche unsere
 Meynung, so viel die Umstände, in causa
 adeo turpi, zu erwehnen zulassen wollen, wir
 mit beygedruckten der Facultät Insiegel be-
 stärcket haben. Geschehen K. den 30. Decembr.
 1724. Decanus, Senior, Doctores, und Professores;
 Der Medicinischen Facultät, auf hiesiger Uni-
 versität. Vltorius hoc illustrare possem per cri-
 men homicidii, in quo pariter absque iudicio Me-
 dicorum de lethaltate vulneris, haud tuto satis
 ad sententiam progredi potest Iudex, nisi hoc pro-
 lixius deduxisset praenobilis Dn. Candidatus, Ge-
 orgius Wilhelmus Detharding, de cuius nata-
 libus,

B

libus,

libus, studiorumque cursu, quaedam adhuc annectenda. Et quidem natus hic est in Roseto nostro, perantiqua & celebri Musarum sede, anno 1701. d. 18. Ianuar. *Patrem* veneratur, Virum Praenobilissimum, Amplissimum, Experientissimum, Excellentissimumque, Dn. GEORGIVM DETHARDING, Medicinae D. Anatomiae, Botanices, vt & Mathematicum Superiorum in hac Alma Prof. Publ. Ducal. Ordinar. famigeratissimum, Academiae huius Seniore Venerandum, Cognatum nostrum, ac Collegam honoratissimum, coniunctissimum, fraterno affectu prosequendum, *Materem*, omnibus sexum femininum ornantibus virtutibus eximiam, MARIAM REVSCHEN, Parentes, sint DEO grates, adhuc in viuis, faxitque summum Numen, per plures sequentes annos, & ad canitiem vsque summam, superstites. *Auum Paternum*, habuit Dn. GEORGIVM DETHARDING, Medicinae Doctorem celeberrimum, immortalis memoriae Principis, omnem nostram laudem superantis, **GVSTAVI ADOLPHI, DVCIS MECLENBVRGICI**, & reliq. & post huius obitum, **SE-RENISSIMAE DVCIS VIDVAE MECLENCVRGICAE**, Archiatrum fidelissimum, Medicum Gustrouiensem meritissimum. Aul-

Auiam Paternam, ANNAM CATHARINAM NE-
 SENIAM, B. Doct. Conradi Schückmanni' reli-
 gam Viduam, filiam B. ANNAE SIBRANDIAE,
 cuius Parens Pro-Auus meus fuit, IOANNES
 SIBRAND, V. J. D. Codicis Academiae huius
 Professor, & Syndicus. *Auus Maternus* fuit, pie
 recordationis, Dn. CHRISTOPHORVS REV-
 SCHIVS, praelaudato Duci Meclenburgico **GV-**
STAVO ADOLPHO, a Consiliis Ec-
 clesiasticis, *Auia Materna*, DOROTHEA GRVND-
 GREIFFERIA, femina quouis virtutum decore
 praestantissima. Longiorum Maiorum, tam Pa-
 ternae, quam Maternae lineae sic satis honorato-
 rum, seriem, vt inpraesentiarum omittamus.
 Cum autem iam laudatus, *Candidati* nostri Parens,
 ingeniorum aestimator haud infelix, videret, fili-
 um ab ineunte aetate, haud vulgarem ingenii
 spem prae se ferre, fidelissimis Praeceptoribus
 priuatim eundem instruendum, formandumque
 tradidit, quorum studio in Lingua Latina addi-
 scenda vsus, nimirum Samuelis **Grüsmacher**,
 Iohannis Schröder, & Iohannis Nochland, S. S.
 Theologiae Studiosorum praecellentium. In *Phi-*
losophicis per integrum biennium Praeceptore ga-
 uisus fidelissimo, solertissimoque, Dn. Ludoui-
 co Gerhard, Philosophiae Magistro fulgidissimo, A-
 mico nostro ac fautore honoratissimo, aestumatis-

fimoque. Receptus in Ciuium Academicorum numerum, & Albo Academiae inſcriptus, in *Mathematicis*, manuductionem adhibuerunt fideliffimam, Dn. PETRVS BECKER, Philoſoph. Doctor, & Mathematicum Profeſſor Publicus Ordinar. famigeratiſſimus, Facultatis Suae, & Collegii Senatorii Senior Venerandus, Paſtor Iacobaeus vigilantiffimus, Collega, fautor, ac amicus noſter coniunctiſſimus, nec non Dn. LEONARD STVRMIVS, Vir in Studio Mathematico verſatiſſimus, vndiquaque, etiam poſt fata, celebris. In *Studio Iuridico* autem, quod tanquam *εργον* elegit Candidatus noſter, eundem meae qualiquali informationi committere placuit lectiſſimo ipſius Dno. Parenti, vbi illaeſa veritate teſtari poſſum, quod per integrum quadriennium Auditorem ipſum expertus ſolertiſſimus, in *Lectionibus*, attentione ſumma, in *Examinatoriis* reſponſione prompta, in *Diſputatoriis* priuatis, tam opponentem, quam Reſpondentem, dubiis elegantioribus, & iudicio fingulari, ſemet commendantem, quem proinde in deliciis ſemper habui, & ad publicum quoque conflictum producere, nullus dubitavi, vbi ſub Praefidio meo, Diſſertationem de *ισοψηφία*, ſeu Iure parium tabularum poſtერიοrem, cum laude, defendit. Roſtochio valedicens, primo omnium ſalutauit Academiam *Lipſienſem*, & per aliquod temporis ſpatium ibidem commemorans, Lectionibus IC-
torum

torum celeberrimorum interfuit, & Bibliothecas vi-
sitauit, thesauros eruditionis colligi coeptos, hic,
aliisque in locis, magis magisque aucturus. Hac
intentione, & in hunc finem, *Fridericianam*,
quae Halae Magdeburg. est, quoque petens, per
annum ibidem substitit, & in *Iure Ecclesiastico*
ac *Ciuili* audiuit Dn. Iustum Henning BOEH-
MER, in *Feudalibus* autem, atque *Historia Imperii*
nostri R. G. Dn. Ioh. Petr. à LVDEWIG, & Dn.
Nicol. Hieronymum GVNDELINGIUM, Viros
illustres, celebratissimosque: Exercitia autem
Practica cum aliis habuit, dirigente haec Dn. Con-
filiario, Simon. Petr. GRASSERO, ICTo cele-
berrimo, & Dn. D. GREIFFIO, Aduocato feli-
cissimo. Wetzlarium tendere iussus, Musis Hal-
lensibus valedicens, in itinere Academias alias,
Exfordiensem, scil. ac *Ienensem* visitauit, & in
hac, Professores aequae, ac priuatos Doctores
legentes audiuit, eorumque fauori semet in-
finuauit. Donec, *Gotham*, & *Casselium* postquam
adierat, *Wetzlarium* peruenit, ibique per anni spa-
tium *Processui Camerali* addiscendo, sub manu-
ductione Camerae Imperialis Procuratorum, ac Ad-
uocatorum, Dn. D. VERGINII, qui accessum, &
Dn. D. de GÜLICH, qui hospitium concessit, in-
cubuit. Vicinas autem Academias, *Giessensem* ac
Marpurgensem, vt inuiseret, e re sua ducens esse,
adiit, iam B. Dn. Iacob. Frideric. Ludouici, ICTum
celebratissimum, Weberum, Wolffium, ali-

osque, ipsorum fauori semet commendaturus. Relinquens Wezlariam, & visis vrbibus celebrioribus, *Francofurto ad Moenum*, *Moguntia*, *Herbipoli*, pluribusque, tetendit *Norimbergam*, in qua forma regiminis prae ceteris singularis, infimulque proximam illi *Academiam Altorfinam* salutauit, & in hac Dn. D. Hildebrandum, Fichtnerum, Linckium, orbi literato latis notos, aliosque Professores, sibi reddidit fauentes. Porro *Augustam Vindelicorum*, & abhinc *Ratisbonam* contendit, cumque ibi Comititia totius Imperii R. G. habeantur, operae pretium esse duxit, per tempus aliquod ibidem commorari, & quae sibi aliquando vsui esse possent, addiscere. Tandem secundo amne Danubii, *Viennam* peruenit, ibique per dimidium anni substitit, tam, quod ibidem, quae est sedes Imperatoris, varia quotidie visu digna occurrant, quam vt Iudicii Aulici Processus ipsi fieret notior. Non autem potuit, intermittere Candidatus noster, quo minus, antequam domum vocaretur, iter quoddam faceret in *Hungariam*, ibidemque spectatu digna obseruaret. Rediturus tandem in Patriam, iter profecutus per *Bohemiam*, *Saxoniam superionem*, atque *Marchiam*, adeundo *Pragam*, *Thermas Carolinas*, *Dresdam*, *Wittebergam*, ac *Berolinum*. Domum reuersus, nomen suum, me p. t. Decano, Amplissimae Facultati Iuridicae dedit, & vt ad *examen rigorosum* admit-

admitteretur, modeste petiit: Cui petito laudabili ;
 quam lubentissime Facultas nostra annuit, & exami-
 mine feliciter exantlato, cum omnium & singu-
 lorum Dnn. Collegarum Vota, & applausum in-
 uenisset, eundemque talem, qualem expectaue-
 rat laudata Facultas, deprehendisset, Licentia
 ipsi concessa, *Inauguralem*, prout vocari suevit,
 conscribendi, habendique *Disputationem*: quod an-
 tequam praestaret, ab illustri Cancellaria Ducali in
 numerum *Aduocatorum Ordinariorum* gratiosissime
 receptus, & iamiam publico eruditorum examini
 semet sistere, Candidatus noster constituit, cui
 dies Octobris, a. c. destinatus. Vt itaque hic
 actus eo illustrior, atque splendidior reddatur, ad
 eundem, Amplissimae Facultatis Iuridicae, & meo
 nomine, inprimis **MAGNIFICVM DO-**
MINVM RECTOREM, vtriusque
 Vniuersitatis Senatum, omnium Facultatum Dnn.
 Professores, Doctores, Licentiatos, Verbi Di-
 uini Ministros, Philosophiae Magistros, lectissi-
 mam Studiosorum Coronam, Literatos omnes
 & singulos, literatorumque fautores, ea qua
 par est obseruantia, atque humanitate inuito.
 Submisit, ac repetitis precibus contendens, ve-
 lint occupationibus suis grauioribus, aliisque ne-
 gotiis, tantum temporis detrahere, & magnifi-
 ca sua, honorifica, exoptatissimaque praesentia,
 Prae-

praenobilem Dn. Candidatum beare. Nos contra
 omni nisu, studioque, in id allaborabimus, ne
 beneficium hoc in ingratos, & indignos collatum
 esse, dici queat.

*Publicatum Rostochii, sub Sigillo
 Facultatis Iuridicae, d. O-
 ctobr. Anno cl^o lcccxxv.*



Rostock, Diss., 1724 / 27



St.







Farbkarte #13

B.I.G.

1725.4

17
10

1725.1

PROGRAMMA,
^{Quo}
IOACHIM. HENRICVS
SIBRAND,

Phil. & V. I. D. Institut. Prof. Publ. Ordinar. Facult. Iurid.
Senior, & h. t. Decanus,

Suo, & *Amplissima Facultatis nomine,*
Ad

Disputationem Inauguralem

PRÆNOBILIS atque CLARISSIMI

Dn. GEORG. WILHELM.
DETHARDING,

Rostochienf.

V. I. Candidati, & Iudic. Meclenb. Aduocati Ordinarii,
Pro obtinendis in utroque Jure

Honoribus ac Priuilegiis Doctoralibus,
IN AUDITORIO MAIORI,

d. 1^o Octobr. Anno cl5 l5 cc xxv. habendam,

MAGNIFICVM DOMINVM RECTO-
REM, *Vtriusque Vniuersitatis Senatvm, Omnium Facultatvm Dnn.*
Professores, Doctores, Licentiatos, Verbi Diuini Ministros, Philoso-
phiae Magistros, lectissimam Studiosorum coronam, Literatos
omnes & singulos, Literatorumque fautores,
ea qua fas est animi obseruantia, atque humanitate,
officiossime imitat.

R O S T O C H I I,

Typis Jo. JAC. ADLERI, Sereniss. Principis & Acad. Typogr.

17

